

Joachim Lizovius Johann Timann

Quaestionum Illustrium Ethicopoliticarum Pentas miscellanea I.

Rostochi[i]: Pedanus, 1619

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72925061X>

Druck Freier  Zugang



J. Lizovius,
R. U. phil. 1619.

29.
ΣΥΝΘΕΩ
QUESTIONUM ILLUSTRARUM
ETHICO
POLITICARUM

Pentas miscellanea

I.
DE QU A

*Consensu Amplissimi Ordinis Philosophici,
In inclyta Academia Rostochiensi*

PRÆSIDE
M. IOACHIMO LIZOVIO,
Rupinensi Marchico

RESPONDEBIT
JOHANNES TIMANNUS
Wursatus.

^{v3}
Ad diem 10 Martij horis pomeridianis.



ROSTOCHI
Excudebat Joachimus Pedanus, Acad. Typog.
ANNO M, DC. XIX.



ADDITAMENTA

ad quæst. 5.

1. *Non vestes sed mores scorti inquinant.*
2. *Compensatio laborum & sumptuum tolerabilis cum sordido & illiberali quæstu non est equi-
paranda.*

ad 4.

*Amicorum bona communia, sc. quæ ~~æquæ~~, & quæ
communicabilia salva honestate & pietate.*

ad 3.

*Linquantur secreta Deo, qui, si quid opertum est,
inspicit, & nullis indiget indicibus.*


ad 2

*Aristoteles l. 1. Polit. c. 2. tria statuit solitario-
rum genera. Quidam 1. tales coacti necessitate, qui-
dam 2. animi pravitate, quidam 3. studio sapientie.
Primi tolerandi. Secundi, ad quos pertinent Mō-
nachi in Papatu, minimè ferendi. Ultimi præmijs
afficiendi.*

ad 1.

1. *Eos, qui honores in delitijs & pro summo bo-
no habent, Aristoteles vocat genus hominum civile
& Politicum, quæritur quam ob rem?*
2. *Qui omnem olim gloriam & honorem, o-
mnes item divitias & opes contemserunt, abjece-
runt, Philosophi fuerunt Cynici, annon Philosophi
& Cynici?*

ANA



ANAGRAMMA

AD

DN. JOHANNEM TIMANNUM
Contubernalem & amicum suum plurimum
amandum & æstimandum.

JOHANNES TIMANNUS

Hæ non times, annuis.

NON TIMANNE, TIME S, Hæ virtus! protinus hosti
Te provocanti ad prælia
ANNUIS intrepidus, facinus memorabile! xysto
In Ethico mox nescio
Vinci LITZOVIO committis agalma Stratego.
Successit hoc victor clus.
Quis proin Te plenis buccis extollere cesset?
Adoreâ mastariet
Quis negitet dignum laudis? quis quæso? potesse
Hoc candidum non creduas.
Cum virtus quævis facinus memorabile, nostris
In hostibus laudanda sint.
Indubiè fidas, laudabunt atq; brabea
Tibi largiter mox conferent.

FRIDERICUS WALTZIUS
Hilperthus, Franc.



*M*unditia conjugalis observationem, *O*bedientia obtemperationem, *N*atorum salubrem educationem, *I*uramenti impletionem, *U*sus vitiosi vitationem, *M*ortis solius dissolutionem.

21. **Causa efficiens Conjugij remota est Deus Gen. 2. Matth. 19. Propinqua consistit in libero consensu tum parentum, tum viri & mulieris. Materialis sunt duae personae, una femina & unus vir. Formalis consistit in legitima & indissolubili conjunctione. Fines potissimum sunt tres: 1. ut homo habeat in hoc mundo vitam sociam & suavem laborum, procul, & curarum adiutricem Gen. 2. v. 18. Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium. 2. Propagatio, multiplicatio & conservatio generis humani. Gen. 1. v. 28. Crescite & multiplicamini. 3. Vagarum libidinum & ustionis fuga. 1. Cor. 7. v. 2. Propter fornicationem unusquisque suam uxorem habeat, & unaquaeque suum virum habeat.**

22. **Extrema Castitatis sunt, in excessu Libido, quae est intemperantia in Venere, sive exerceatur in conjugio sive extra conjugium; in defectu affectata veneris omnis detestatio, qualis maximam partem in Monachis & Monialibus hoc seculo cernitur. Firmissimum Veneris antidotum si expetis, quadruplex habebis. 1. est otij fuga, Tolle enim matrem & sustuleris filiam, juxta illud Poeta:**

Otia si tollas periére cupidinis arcus

Contemptæq; jacent, & sine luce faces.

2. occasionis evitatio, occasio namque peccati aequè ac peccatum ipsum fugiendum est, Exemplo Cyri regis Persarum, qui Pandeam formosissimam feminam in conspectum suum prodire noluit, ne ejus forma percelleretur. Item Alexandri Magni, qui regie & egregie dixit: *Mihi non committendum, ut cum viros vicerim, à mulieribus vincar.* 3. *Victus moderatio, Sine*

B

Libero

Liberò namq; & Cerere friget Venus. 4. assidua oratio. Sapient. 8. v. 21. scivi, quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientia, scire cujus esset hoc donum.

23. Circa hæc queritur 1. An Conjugium præferendum coelibatui? Resp. Si exteriora quadam spectes commoda, coelibatus potest præferri; illis autem remotis conjugium præferimus, quia Deus ipse illud instituit, illi benedixit Gen. 1. & 2. natura ad illud nos impellit, sublatoq; conjugio societas corruet politica, genusq; humanum non subsistet. Deus singularibus elogijs conjugium condecoravit, appellatur enim Dei fœdus & pactum Prov. 2. v. 17. & Mal. 2. v. 14. dicitur honorabile, Hebr. 13. conjugium admonet nos Spiritualis conjunctionis cum Christo; Unde ut sponsus Ecclesiam tanquam Sponsam suam blandissimè sapius alloquitur & semper amplectitur: Et quæ sunt gravissimæ rationes aliæ, quas nunc non est narrandi locus.

24. Queritur. 2. An ministris Ecclesiæ rectè interdicator conjugio? Resp. Negando, Deus enim universo hominum generi conjugium instituit, & ministros Ecclesiæ ad conjugium & liberorum procreationem idoneos condidit, quin & fidei Episcopo injunxit, ut sit unius uxoris maritus, qui domui benè præstet, liberos habens fideles & honestos 1. Tim. 3. v. 24. Tit. 1. v. 6. & quod magis est, Legem coelibatus, quæ prohibet nubere, disertè doctrinam demoniorum vocat, 1. Tim. 4. v. 2. Impia ergò lex est, qua sacerdotibus legitimo conjugio interdicitur.

25. Queritur 3. An uxores debeant esse communes? Resp. Neg. quia pugnat id ipsum cum natura, & institutione divina, tollit gradus consanguinitatis, permittit coire patrem cum filia, filium cum matre, fratrem cum sorore, dirimit

mit concordiam & amicitiam, tollit curam & certitudinem liberorum. Explodenda ergò dirisq; devovenda communitas.

26. *Queritur 4. An conjugium juvenis & verulæ, senis & puellæ in benè constituta Republica sit concedendum? Resp. Legitimum licet sit tale conjugium, nec simpliciter improbandum, siquidem senes maxime indigent adjutorio, & Abrahami, qui 140. annorum Ceturam puellam sibi adjunxit, Gen. 23, exemplum habent, quo exemplo illis licet facere, quod ille fecit; non tamen temerè contrahendum, quia 1. ad tales conjuges non pertinet benedictio illa divina, Gen. 1. Crescite & multiplicamini, 2. quia ex tali conjugio plurima oriuntur ut plurimum incommoda, dissensiones, discordiæ, adulteria, populiq; offensiones. 3. quia talis conjugij fundamentum est avaritia, unde rarissime felix & faustum: Quare si qua voles aptè nubere, nube pari.*

27. *Queritur 5. Quenam in ducenda uxore spectanda? Resp. Varia variorum de hac ipsa questione sunt sententia; Alij ducunt manu, alij oculis, alij auribus, alij corde: Manu ducunt illi qui divitias; Oculis, qui pulchritudinem; Auribus, qui genus & familiam; Corde, qui virtutem spectant; Nos ab illorum stamus partibus, qui ducunt corde, & potius virtutem & honestatem, quàm externam quandam jucunditatem & utilitatem respiciunt; Si enim principaliter respexeris divitias, imperium sibi arrogabit uxor prout ille apud Plautum conqueritur: Argentum accepi, dote imperium vendidi: Audias ergò & probè notes verba Sira- cidis c. 25. v. 30. Rixa & irreverentia & contemptus ibi est, ubi est mulier magna, quæ opes subministrat viro. Si itidem respexeris genus & familiam, idem tibi accidet: Præclare namq; Ovidius:*

B 2.

Quam


Quàm malè inæquales veniunt ad aratra juvençî,
Tam premitur magna conjuge nupta minor.


*Pulchra si fuerit, despicienda certè non est, sed plerumq;
fastus inest pulchris, sequitur superbia formam; Quare
omnium optimè illos facere judicamus, qui virtutem respiciunt
& honestatem, Dotata enim satis, si modo morata; Licet
ergò multi divitiis eligant non mores, tu tamen si vis ducere
uxorem noli querere divitem sed benè moratam, quia boni
mores acquirunt divitias. Concludimus versiculis jucundis
FCTI cujusdam celeberrimi, quos juvenibus commenda-
mus:*

Si qua mihi virgo contingat nubilis, esto
Non mendica nimis, non opulenta nimis.
Par opibus, generiq; meo, par relligioni,
Non ea pulchra nimis, non ea fœda nimis.
Sed medios habeat laudati corporis artus,
Non ea longa nimis, non ea parva nimis.
Vestibus incedat mundis; at semper honestè,
Non ea compta nimis, non ea spreta nimis.
Exspectet patiens & feri debita lecti,
Non lasciva nimis, non pudibunda nimis.

28. *Querimus ultimò: An parentes semper libero-
rum suorum impedire possint conjugia? Resp. Dist. inter
liberos majorenes & minorenes: Non illi sed hi parentum
consensum, si rogati sapius illum dare nolint, nullamq; justam
recusandi causam habeant, negligere possunt: Valet enim hic
regula Fctorum: Videri debet consentire pater, si nullam
probam & justam sive sufficientem causam dissentendi habue-
rit. Sciant ergò parentes patriam potestatem in pietate non in
atrocitate consistere, summumq; esse periculum si virgo
nubilis ultra tempus detineatur, quo de videatur*

Siracides cap. 26. & 42.





ΣΤΝ ΘΕΩ

Questionum Ethico - Politicarum πρωτῆς.

RESPONDENTE
JOHANNETIMANNO.

QUÆSTIO I.

Summum bonum civile sive practicum
utrum consistat in voluptate, vel divitijs,
vel honore?



DE summo bono varia olim apud Philoso-
phos extiterunt opiniones, imò etiam apud
Plebeios & vulgum, quæ hodieq; sursum
deorsum voluntur, ventilantur. Quod
enim cuiq; placet, hoc pro summo bono
habet, Et quot capita tot sententiæ.

Nos, ne nimis latè divagemur, rei faciemus compendium,
& de bono unicè civili sive Practico querentes, sententi-
as tantum primarias & communissimas conferemus, ex prin-
cipijs p. t. Aristorelicis & Practicis, Theoreticum & Theo-
logicum summum bonum suo loco consideraturi.

Reperiuntur autem ἄρα ἀπὸ τῶν ἀριστοτελικῶν (nam & hic
discursum nostrum contrahimus, cum Jænis in nuper discusso
Compendio Ethico abundè satis sit explicata) de summo bono
Practico sententiæ erroneæ præcipuæ tres; Prima est voluptu-
osorum & Epicuri de grege porcorum - ut eos nominat Hora-
tius, qui summum bonum in voluptate & quidem carnali,
2. quæstuosorum & Chrematistarum, qui idem in divitijs.
3. ambitiosorum, qui illud in honore collocant. Quæ tria
hominum genera annon Apostolus Iohannes accuratè notet
& eruditè sic conjungat in 1. Epist. 2. v. 16. expendo!

A

Cate.

1. Vocis positio sine elevat
2. sicut & scilicet
3. & antitibicis
Contentio.

4. Ceterum erroneam omnino esse hanc sententiarum tri-
gam, nec subsistere posse ad tribunal exquisita veritatis ὀφθαλ-
μοφανεῶς ostendo, generali hoc axiomate; indeq; deducto
argumento: Cui non competunt requisita summi boni,
de quo agimus, ut sunt 1. οἰκείον h. e. proprium vel domesticum
1. Eth. 3. 2. θεῖον divinum 1. Eth. 9. 3. τίμιον honorabile
1. Eth. 12. & 1. Magn. moral. c. 2. 4. δύσπαιστερον difficul-
ter mobile 1. Eth. c. 5. 5. μὴ βίαιον non violentum 1. Eth. 3.
Item 6. δι' αὐτὸ ἀποκνητὸν per se expetibile. 7. αὐτάρκεις seipso
contentum 1. Eth. 5. 8. πλῆθεινον commune 1. Eth. 9. (intel-
lige cuiusvis bono ad comparandum) 9. κοινωνικὸν communica-
tivum 1. Eth. 5, deniq; 10. περὶ κτῆν καὶ κτητῶν hominis studio &
industriâ comparabile, 1. Eth. 4. Cui, inquam, requisita hæc
non competunt, illud pro summo bono neutiquam haben-
dum. Subsumo jam: Sed voluptati carnali, divitijs item,
& honori, requisita illa non competunt. Ergò.

5. Probo 1. de voluptate carnali, quæ 1. non est bonum,
οἰκείον, non enim soli homini voluptas propria est; sed cum
brutis & beluis communis: Nam delectationem sensuum con-
sequitur, qui utriq; generi sunt communes.

6. Nec 2. θεῖον, quia omnes potius actiones divinas impedit,
& Deo maximè est exosa. Unde & voluptas esca malorum
in communi veriterbio dicitur.

7. Nec 3. τίμιον quia omnes rerum æqui aestimatores, quibus
sc. è meliore luto finxit, præcordia, Titan voluptatem da-
mnanant, non commendant, fugiunt non diligunt, odio habent
non honore prosequuntur, & unanimes ore votoq; acclamant
istud Horatii l. 1. epist. 12.

Sperne voluptates, nocet emta dolore voluptas.

8. Nec 4. δύσπαιστερον, quia voluptate nihil fugacius &
inconstantius. Momentaneum est, inquit Gregorius,
quod

quod delectat, æternum verò quod cruciat. Et quam facile casus aliquis intervenire possit, ut voluptas hodierna fortè cras vel adhuc die presente in planctum, & sic letitia in tristitiam mutetur, experientia omni tempore testatur.

Est verò contra 5. Blasiu[m], tam quoad originem, quia plerumq[ue] per vim ac dolum ad eam pervenitur, tum quoad operationem, quia vim infert partim proximo, qui leditur & scandalizatur, partim ipsi possessori, qui tandem in exitium præcipitatur. Hæc enim clausula ultimò sequitur, quam indicavit vir sapiens Prov. 14. v. 13. Extrema gaudij lætus occupat.

Atq[ue] hæc de voluptate, unde patet, in illa non summum bonum, sed maximum potius malum, non felicitatem sed extremam sitam esse perniciem, Præsertim, si immoderatio ejus fuerit usus, isq[ue] frequentatus. Quod insuper c[on]tra per se aliò ostendo argumento:

Quicquid 1. hominem similem bestijs reddit 2. actiones ejus honestas & laudabiles impedit. 3. judicio privat & mentem corrumpit. 4. omnes animæ potentias ledit. 5. corpus enervat & perdit. 6. ignominiam parit, & 7. bona fortuna destruit & absunit, ab illo non summum bonum sed maximum malum, non felicitas sed extrema potius speranda perniciem.

At voluptas carnalis, quæ consistit in continuis comestationibus, potationibus, scortationibus, & similibus illicitis impurisq[ue] carnis actionibus, est talis, ut luculentur probatum dedit Dn. Meila. diss. de summo bono p. 97. ad 104. Ergo.

Considera modò exemplum Regis Alexandri Magni cujus imaginem Philippus Melanchthon hoc venustissimo Epigrammate expressit:

Aspice Pellæum Pardum, quo pulchrior alter non fuit in pulchro, quem vicerat, orbe, nec unquam

A 2

Res

res similes gessit quisquam brevioribus annis,
Confectos aetate senes bellig. labore
consilijs vicit cunctos in flore iuventae.
Ergo illi nocuere nihil, nec tela, nec hostes;
Sed facta ebrietas, & desidioſa voluptas.

Morale tale ſubjicit:

Qui ſapis, invict. eq. decus ſervare laboras
Virtutis, ſemper fuge deſidis otia vita,
Ac memor eſto, Deum; cum ſit caſtiſſimus idem
plectere pollutos & tandem extollere caſtos.

13. Probo nunc 2. de divitijs: Nam nec illa, etſi titulum
praſeferant honeſtiorē, ſummi boni $\omega\mu\epsilon\sigma\chi\alpha\upsilon$ atq. excellen-
tiam aſſequuntur.

14. Quia 1. divitiæ non ſunt bonum $\epsilon\iota\kappa\epsilon\iota\omicron\nu$. A fortuna enim
veniunt, nec bonis tantum ſed & malis conveniunt; facile
etiam pereunt, aut in alienas manus deveniunt.

15. Nec 2. $\acute{\alpha}\mu\iota\omicron\nu$, quia divitijs abuti poſſumus; ideoq. multis
perniciem, omnibus penè periculum creant; in bonis ornamen-
ta ſunt virtutis, in malis instrumenta ſcleris. Et quanquam
honorari videantur ditiores, tamen externa tantum larva
eſt, & honor fictus, qui exſpirat tandem proſus in homine
illiberali, quamvis ditiffimo. Hinc Graeci $\omega\lambda\delta\tau\omicron\nu$ dici ajunt
 $\epsilon\alpha$ $\kappa\alpha\iota$ $\mu\lambda\delta$ h. e. à luto. Nam naturæ ſtercora ſunt divitiæ
& è terra effodiuntur opes irritamenta malorum.

16. Nec 3. $\delta\upsilon\omicron\alpha$ $\Phi\alpha\iota\epsilon\beta\upsilon$: Bella enim & incendia & furta
& rapinae vel regales abolere poſſunt divitias. Bona fortuna
ſunt, ideoq. fortunæ ſubjacent, quæ vitrea eſt & cum ma-
xime ſplendet frangitur. Ita & illa: dantur & adimuntur,
fluunt & refluunt;

Nempe dat & quod cuiq. libet fortuna, rapitq.

Irus & eſt ſubito qui modo Craſus erat.

Horatius, od. 34. l. 1. Ex quo veriverbium $\omega\iota\kappa\lambda$ $\tau\grave{\alpha}$ $\acute{\alpha}\nu$
 $\delta\epsilon\omega\mu\iota\upsilon\alpha$. Cir.

Circulus res sunt hominum recurrens,
Fors rotam versat, rotat omne fatum, &c.

Nec 4. διὰ τὸ ἀποκινῆναι: Nam ad alia semper referuntur 17.
divitiae, nec propter se, sed propter usum expetuntur, unde
& Græcis περιεργα dicuntur. Deme usum, & nemo eas expe-
tet: Hinc

Quid mihi divitiæ? si non conceditur usus,
Quamvis largus opum semper egenus ero
Poeta canit.

Nec 5. ἀνεπαρκῆς: quia appetitus illis non clauditur; ne- 18.
mo sua sorte contentus; quo plura quis habet, eò plura
appetit. Unde Poeta:

Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ, Et
Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. 19.
Nec 6. πολὺ πικρὸν, quia sæpe optimi sunt pauperrimi, pessimi ve-
rò ditissimi, & nemo tam facile eget nummo; quam qui vir-
tuti deditus dives est animo. Quam ob causam Poeta Plu-
tonem, quem Deum divitiarum esse ferunt, velocem & cœ-
cum esse fingunt. Quia dum ad malos mittitur, velocissi-
mus est & sine modo, tanquam cœcus sine judicio, eos opibus
perfundit: contra vero oculatus est & claudus, dum bonis
debet benefacere: Claudus, quia raro illos accedit, Ocula-
tus, quia semper habet quod aufertur, quo minus benefaciat.

Nec 7. facile κεραινεῖν, quod ex jam dictis patet, quia 16.
aquam ex pumice citius, quam obulum ex divite avaro ex-
torseris.

Sunt vero 7. bonum βλαβὸν: Nihil enim magis compara- 21.
tur fraudibus, vi & imposturis, quam nummus: nihil omnis
generis sceleribus & violentijs servit magis, quam pecunia.
Unde Poeta:

Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?

A 3.

Atq.

22. *Atq; hæc etiam de divitijs ex requisitis summi boni secundum principia Aristotelica; Libet tamen adhuc alio argumento rem declarare. Argumentum esto ejusmodi: Quod facit 1. Apostatas & idololatrias, 2. servos diaboli 3. animam suffocat & totum hominem distrahit 4. varia flagitia causat 5. Deo & homini adversatur. 6. non satiat sed turbat. 7. miseros & exosos reddit, & tandem 8. quod brevi cum omnibus bonis evanescit, illud pro summo bono haberi minimè omnium potest: Sed divitiæ (quatenus sæpe injustè acquiruntur, injustius adhuc possidentur, injustissimè vero usupantur, unde Proverbium, dives aut iniquus aut iniqui hæres. Confer. Matth. 19. v. 23.) taliter se habent, ut iterum accuratè deduxit Dn. Meisnerus d. d. pag. à 1107. ad 119. Ergò.*

23. *Restat ut probem neq; honorem titulum summi boni mereri, ob defectum requisitorū, quod itidem facio: 1. quia nec honor bonum est οὐκ εἶναι. Non enim semper est in nostra potestate, cum magis sit honorantis quàm honorati (Arist. 1. Eth. 3.) externè si consideres & ratione principij conferentis. Nisi enim aliū quispiam te aestimet & magnificiat, reverentiam tibi exhibeat, non honoraris, etsi honore dignus vel maximè.*

24. *Nec 2. τιμὴν, sed ἐδέξην, pro diversâ n. hominum intentione & applicatione & usus ejus & abusus datur. Imò pleriq; honore suo abutuntur, vel ad inferiorum depressionem, vel ad nimiam animi elationem, unde culpabilis fit, non laudabilis aut honorabilis.*

25. *Nec 3. δύσαστασις. Facile enim auferri potest, cum ab opinione saltem hominum pendeat, & variabilis sit respectu 1. temporis, quia jam aliquis honoratur, jam non honoratur, 2. honorantis, à quibusdam enim honoratur, ab alijs non item. Hominum insuper favor & affectio, per suspiciones de-
tractiones & similia facile labascit. Et qui hodie summo
hono-*

honorum gaudet privilegio, cras forsitan ignominioso eorundem dolet spolio, quod iterum exemplo Alexandri M. constat, cujus symbolam verè dixeris.

Regnabo, regno, regnavi, sum sine regno.

Ut taceam, quod sæpè homines, quos exterius reverentur & plausibiliter in os laudant, interius contradictoriâ irrisione defraudent, foris vultu applaudant virgineo, intus detractio- nis pungant aculeo, foris adulationis mellitos compluant im- bres, intus calumniarum evomant tempestates.

Nec 4. διὰ τὸ ἀγαπᾶσθαι. Appetitur enim tantum propter opi-^{26.} nionem virtutis, Nam ideo honorem sectantur homines, ut virtute videantur præditi: Honor vulgò virtutis ἀγαπᾶσθαι ὁμολογῶν, unde tales se esse putant homines quales, pradicantur. Et

Est pulchrum digito monstrari & dicier hic est, ille scilicet vir magnus & eximius.

Nec 5. περιεπιτείνῃ ἢ κτητῶν, Non enim semper potest indu-^{27.} striâ nostrâ comparari, cum magis sit in aliorum quam nostrâ potestate. Debat quidem oneris virtutisq. fructus esse honor, sed rarò exhibetur, crebrò intermittitur. Sæpe in immeritos confertur, propter opes, potestatem & alium externum splen- dorem. Nam

in pretio pretium nunc est, dat census honores
census amicitias, pauper ubiq. jacet.

Hæc igitur omnia cum à summi boni natura iterum sint^{28.} quàm alienissima, merito honorem titulo & honore & da- monias indignum judicamus. Et sic triplex negativa que- stionis trimembris hæcenus defensa & ostensa est. Corollarij tamen loco, cum pro honore afferri rationes non leves possint, quas videbimus in ipsa συζητήσει, appendo in gratiam illorum, qui honoris nimium sunt cupidì, & in eo bonum suum ultimum collo-

collocare videntur, hunc contra ambitionem directum syllogismum.

29. Quod omnium 1. malorum principium. 2. omnium peccatorum gravissimum & 3. periculosissimum, id cane pejus & angue fugiendum, tantum abest ut in delitiis & pro summa bono sit habendum. Sed nimius honorum appetitus est &c, ut non minus accurate & late probat predictus Dn. Meisnerus ib. p. à 128. ad 141. qui videatur. Ergo.

QUESTIO II.

An vita Monastica sive solitaria sit approbata, & an probata satis exemplo Johannis Baptistæ?

1. *Papicola quidem ajunt, dum pro Monachatu tanquam pro aris & focis pugnant, immemores dicti, quod extat Gen. 2. Non est bonum hominem esse solum, itemq; Aristotelici illius, Homo φύσει ζῷον πολιτικόν 1. Polit. 2. Nos igitur negamus & illorum Monachatum illicitum esse statuimus ob rationes jam dictas, tum potissimum sequentes.*
2. 1. Propter statum divinitus institutorum desertionem. Instituit enim Deus triplicem in hoc mundo ordinem s. statum. 1. Tori seu Oeconomicum. 2. fori seu Politicum. 3. chori seu Ecclesiasticum. Jam vero ab hisce tribus ordinibus sive hierarchijs divinitus institutis Monachi se sequestrant. Quicumq; vitæ ordo divinitus non est institutus, nec in divinis literis fundatus, ille eadem facilitate rejicitur, qua statuitur & stabilitur.
3. 2. Propter falsæ doctrinæ propagationem. Unicè enim hoc agunt, & in hoc se segregant, ut doceant 1. consecutionem meritoriam salutis, 2. impletionem perfectam legis, 3. supererogationem indebitam operis, deniq; 4. communicationem

uem propria & superabundantis, ut putant, sanctitatis. Quae omnia principijs verae religionis diametraliter contrariantur.

3. Propter vitae hypocriticam & simulatam religiositatem ac singularitatem, quae consistit in desertione parentum juxta ac facultatum, 2. in perpetuo (scilicet!) caelibatu, 3. in externo, jam severo, jam miserabili vultu, 4. in (fictis) jejnijs, 5. in tonsura, rasura capitis, 6. in crassis (intus tamen saepe molliter subductis) cilicijs & cucullis, 7. in quotidianis (ad tempus) afflictionibus. 8. in peculiaribus eduljijs & indumentis reliquis, denique, 9. in rebus quacumque, quae sanctos quosdam ineptè & hypocriticè imitari solent. Exempla de hypocritica hac Monachorum sanctitate suppeditabunt omnium temporum historiae. Vid. Matth. in Syst. Eth. P. 220. 233.

Et conquesti de illorum sceleratis moribus jam olim sunt viri verè sancti ac graves. Innocentius serm. in die cin. scribit: Noctu filium Veneris agitant in cubili, manè filium virginis sacrificant in altari, noctu venerem amplexantur, mane virginem venerantur. Notitiam sunt veteres versiculi:

Cum satur est venter Monachorum sufficienter,
Tunc surgunt lente, miserere canunt sine mente.

Et verè quondam cecinit Eobanus Poëta Hassiacus:

O Monachi vestri stomachi sunt amphora Bacchi

Dn. Lutherus de Monachis ita: Vos estis, Deus est testis, turpissima pestis, &c.

Quae cum ita sint, quis vitam ipsorum solitariam probaret? quis non potius improbaret & detestaretur? Sed obijciunt: Johannes Baptista vitam egit Monasticam & solitariam. Degit enim in solitudine & deserto ab omni hominum contubernio & consortio remotus, & praeterea singulari vestitu nec non peculiari cibo ac potu usus est, ut constat ex Matt. 3.

B

v. 4, &

v. 4, & Luc. c. 1. Marc. Non igitur vita hac planè improbanda. Ita Bellar. l. 1. de monach. c 4. Colterus, Marlortus, alij.

7. R. 1. Negando consequentiam. Nam 1. non sequitur, Johannes fuit in deserto. E. fuit Monachus. Nam & beluae itemq; venatores & latrones; quin et Nabal, Nabuchodonosor, imo Christus ipse & Moses in locis desertis vixerunt nec tamen propterea Monachi sunt aut fuerunt. 2. Posito: Johannes fuerit Monachus. Tunc verò inferes? Ergo & nos bene possumus esse Monachi? Nugæ! Ab exemplis enim specialibus & singularibus nefas extruere regulam generalem.

8. R. 2. Negando assumptionem, Johannes enim non fuit Monachus: sive statum ejus spectes, sive dogma, sive vitam. Non fuit Monachus 1. ratione τῆς ζωῆς s. status. Vixit enim in ordine Ecclesiastico & minister fuit Novi Test. pœnitentiam predicando & Baptismum administrando Luc 22.

9. Nec fuit 2. Monachus ratione δόξης & s. doctrinæ, quam longissimè discrepare à Pontificiorum & Monachorum legendis ac lugendis notum est: 1. Johannes fuit Christi praeursor, Monachi sunt Antichristi. 2. Johannes unicè docuit sponsum Christum Joh. 3: v. 29. Monachi Romanenses Sponsum & universale caput Ecclesiae Papam dicunt. 3. Joh. docuit remissionem peccatorum propter solius Christi meritum. Monachi contrarium. 4. Johannos deduxit homines ad Christum ad τὸν ἐρχόμενον Matt. 11. v. 3. Monachi à Christo abducunt & ad Mariam ac Sanctos mortuos ablegant. 5. Johann. monstravit agnum Dei &c. Joh. 1. v. 36. Quid Monachi? papam Romanum, quem fingunt habere absolutam & perfectissimam potestatem super omnium fidelium & corpora & animas, adeo ut si vel mille animas secum abducatur in infernum, nemo tamen dicere audeat, Papa quid facis? dicit. 40. cap. h. Papa. &c.

Deniq;

Deniq; 3. non fuit Joh. Monachus ratione *β. ω. ω. c.* vel vi. 10.
tae, Quod sic demonstro: Johannes facultates suas nunquam
deseruit, quod Monachi faciunt. 2. non voto se ad hanc
vitam obstrinxit, eamq; professus est. 3. & etiamsi fecisset, Deo
votum vitamq; consecrasset. Monachi autem id præstant Fran-
cisco, Benedicto, Dominico & alijs sanctis butyraceis, 4. fe-
cisset hoc ipsum ad certum tempus (Luc. I. v. 80. Joh. I. v. 28.
Matt. 14. v. 4.) Monachi autem se obligant ad uniuersum vi-
ta tempus 5. singulari in principio habitatione & habitu est u-
sus ex Dei mandato 1. ut pararet auctoritatem testimonio suo,
quod Christo daturus erat, 2. ut major ad ipsum fieret hominum
confluxus, qui ex ipso cognoscerent viam salutis, Monachi ve-
rò ventres pigri latitant in claustris & cellis suis mandato divi-
no destituti, 6. non bibit vinum & ciceram ad hoc ab utero
Matris selectus & destinatus (Luc. I. v. 15. confer v. 41.)
id quod de Monachis, quicquid etiam prætendant, tantū abest ut
dici possit, ut non nisi benè poti cubitū eant vino somnoq; sepulti.

R. 3. distinguendo ad vocem, deserti. l. solitudinis. Nam ^{11.}
sumitur vox hac in sac. lit. dupliciter 1. absolute 2. compara-
tè. In sensu absoluto cum sumitur, communiter notat locum
prorsus incultum & horridum omniq; hominum cœtu desti-
tutum. In sensu verò comparato, tum notat locum non qui-
dem planè desertum ac solitarium, sed tamen incultio-
rem minusq; hominum cœtu frequentatum, quam alia. Significatio-
nis hujus exempla vide Jos. 15. v. 62. 1. Sam. 23. v. 14. 1. Reg.
2. v. 34. 2. Reg. 3. v. 9. confer. Jerm. 12. v. 10. 11. Es. 51. v.
3. Es. 40. v. 3.

Et valde credibile est Johannem ab initio in tali deserto ^{12.}
vixisse, h. e. asperâ quadam & montanosâ regione, quæ mino-
re hominum frequentia colebatur. Perpende locum Joh. I. v.
28. ex th. sup. 10. rationem 5, & adde Athanasium testem,
qui desertum hoc loco nihil aliud significare dicit, quam locum

in Judæa hominum, (verbi, quod Johannes predicabat, cupidorum) frequentatione tum temporis desertum. Leg. & Finck. in disp. de Monachis. Gerhard. in cent. quæst. polit. dec. 1. q. 3. Casl. lib. 1. Sphær. civ. c. 2. q. 3. Matth. in syst. polit. p. 16. 19, 20, alios, è quibus, quæ desunt decisioni quaestionis, supple.

QUÆSTIO III.

An & quatenus verum $\mu\lambda\upsilon\tau\epsilon\upsilon\lambda\eta\sigma\iota$, illud,
Suspicio non cadit in virum bonum?

1. Definitur suspicio, in genere, imperfecta existimatio per valdè fallacia signa sumta, Alb. Mag. ethic. 6. tract. 2. c. 1. vel: suspicio est, quæ per aliquas conjecturas habetur de aliquibus particularibus factis. D. Thom. Eth. 6. l. 3. Specialius, secundum eund. sect. 2. p. 60. art. 4. est opinio mali ex levibus signis. Conjunge Armand. de bello visu p. 248.

2. Estq; alia quædoq; vera (Scal. ex. 117. p. 1. v. 7.) alia falsa, & hac frequentior. Et quidem de mali suspicione quæ frequentior, quaritur, nunc cadat in virum bonum? Negat $\mu\lambda\upsilon\tau\epsilon\upsilon\lambda\eta\sigma\iota$. Intelligendum autem reduplicativè, & accipi potest sensu duplici, s; pressius consideres, 1. activo, 2. passivo.

3. Passivè accipitur, quatenus vir bonus vitam suam, cui semper summa est recti reverentia & æqui, ita moderatur, ab omni, etiã ut Apollolus loquitur mali specie abstinendo, 1. Thess. 5. v. 22. ut in suspicionem mali non facile apud alios incidat, seu, ut alius de ipso nihil mali suspicari possit aut certè debeat. Quod Æschines volebat, qui vitam viri probi adeo puram esse debere dicebat, ut in illum nullius flagitij cadat suspicio. Unde Epictetus; De viro bono nihil suspicaris mali.

4. Activè dein & communiter, quatenus ipse de alijs nihil mali cogitare vel suspicari præsumitur. Quia enim vir bonus ex suo pte ingenio omnes æstimat, de nemine videtur malè aut
fina

sinistrè judicare, cum hac improborum sit indoles, qui ex pravo suo ingenio alios semper aestimant. Unde Versus: *Autumat hoc in me, quod novit perfidus in se. Et Seneca l. de moribus: Hoc habet omnis affectus, ut quod ipse insanit, in idem putet ceteros insanire. Sic fornicarius neminem putat castum, superbius neminem existimat humilem, contra castus de fornicario non facile sufficitur, humilis neminem existimat superbum. Chryf. sup. Matth. Quorsum etiã pertinet illud Nazianzeni: Qui ad malum committendum paratus non est, is ne ad mali quidem suspicionem (seve suspicacitatem) facilis est. Et Ciceronis hoc: Ut quisq; est optimus, ita difficilimè esse alios improbos, suspicatur.*

Videtur autem hoc ipsum sic acceptum pugnare cum illo prudentiæ præcepto non minus vulgato: Memento diffidere, vel *Fide, sed cui, vide, traw/ ober wem / schaw.* Ex quo Poëta: *Fide parum, multumq; vide, nam fidere multum, & vidisse parum, maxima damna parit*
Et alius: *Constat in hoc nervo sapientia fidere nulli, aut si vis ulli fidere, fide parum.*

Nisquam enim tuta fides. Quod & Euripedes alicubi indicare voluit, cum ait: *σώφρονας δ' ἀμείβειται τῷ ἐσθίῳ ἔστιν ἔδδ' ἐν ἄλλοις ἄλλοις βροτῶν* prudenti diffidentia nihil est utilius mortalibus.

Respondeo: Non tollunt sese, aut sibi invicem contrariantur, 1. non malè aut sinistrè de quoquam suspicari, sed potius æquiter de ipsius dictis & factis judicare, & 2. cautionem in fidendo adhibere, ne temerè credas. Nam aliud est non fidere alicui, & aliud per tacitam detractiõnem s. calumniã de eodem malè cogitare vel judicare: Illud licitum & viri boni, hoc non, cum innocentissimus esse possit, quem tu fallaci præsumptione suspectum habes, & reum esse criminis, aut futurè falsò tibi imaginaris. Possum verò alicui nõ fidere, de quo tamen simul benè judicem, & suspicionem omnem removeam.

7. *Causa enim cur non temerè huic atq; illi fidam, non tam est ex odio alterius, quam. 1. ex mei ipsius, & rerum mearum amore non illicito, & 2. metu rerum in hoc mundo variè mutabilium, quæ aliter atq; aliter cadere possunt, quem infert Prudentia, & (3) ex fuga incommodi sive damni, quod quodammodo illa prævidet. Malum autem de altero iudicium & frequens mala suspicio non tam respicit proprium bonum s. commodum, quàm odium duntaxat alterius, ortum (1) ex malitioso quodam habitu vel (2) proprii ingenij vanitate.*
8. *Unum igitur sine altero esse potest, non fidentia vel diffidentia sine suspicione, imò est quedam, ut sic dicam, diffidentia bona, quæ non nimia, & absq; suspicione, semperq; cū æquo iudicio conjuncta. Keck. in curs. phil. disp. 22. q. 33.*
9. *Ut finis, breve morale appendo: Cū suspiciones sepe numero fallant, & quidè frequentissimè, semper meliora potius de alijs speremus. Et, cave, quisquis es, facile suspiceris malum de altero, ne malis & ipse annumereris. Talis n. quisq; præsumitur, qualem alterum in suo cerebro fingit & suspicatur. Suspicio omnis mali matrix, radix ac nutrix.*
10. *Exemplum illustre habemus (quo concludo) in Imp. Theodosio, malè suspicante de fide conjugis. Fuit aliquando huic donatum pomum pulcherrimum, quod vicissim donavit Eudociæ conjugis suæ. Ea agrotanti Paulino, viro eruditissimo, cui favebat, largita est, Paulinus Casari misit dono, ignorans ab illo profectum esse. Caesar mox falsâ suspicione injectâ ex Eudocia, ubi sit pomum, querit. Hæc se comedisse juramento confirmat. Quâ re offensus Imperator malum s. pomum profert, & Paulinum occidi jubet. Ipsa verò Eudocia in voluntarium exilium abiit. Ierosolyam, ibiq; vitam consumpsit. Dress. in millenario quinto p. 3 47. Profectò malum malum! sed non nisi ex accidente mala & fallace suspicione.*

Quæ

QUESTIO IV.

An amicitia esse possit inter malos, itemq;
inter bonos & malos, nec non inter diversæ
opinionis asseclas?

Mentione mali supra injecta devolvimur ad considera- 1.
tionem problematis presentis, in quo conjunguntur quaestiones
tres: Prima an amicitia esse possit inter malos, 2. an inter
bonos & malos, 3. an inter diversarum opinionum secta-
tores. De singulis ordine & breviter.

Quod ad primam, nego, quia deficit in malis vera ami- 2.
citia fundamentum & primum requisitum, ἡ ἀρετὴ ὡς καλὸν,
ut Plutarchus l. de πολυφ. appellat, h. e. virtus tanquam ho-
nestum. Mali igitur cum vitiosi sint, & quatenus tales, non
nisi inhonesta tractent, quomodo inter se amicitiam propriè di-
ctam colent, qua in virtute & probitate fundatur?

Conspiratio quidem datur inter malos, sed non vera ami- 3.
citia. Conjuratio igitur seditiosa & conjunctio quavis vitiosa
ab amicitia vera probe est discernenda.

Ad secundam similiter respondeo negando 1. ob eandem 4.
rationem jam notatam. 2. ideo, quia inter malos non datur
Φιλίαν ἢ ὁμόνοια Arist. l. 9. Eth. c. 6. h. e. consensus maxi-
me causans amicitiam, quod manifestum. Mali enim malum
volunt & malis actionibus student; Boni vero bonum inten-
dunt, & bonis actionibus operam navant. Consensus igitur
Practicus inter illos hæcenus nullus. E. nec amicitia, qua ex
illo dependet. Nam idem velle & idem nolle, ea demum firma
& vera est amicitia, Terent.

3. Cumq; inter veros amicos ἰσὺς αἰσθητικὰς ἴσως 5.
consiliorum, actuum, juxta illud: πᾶσι τὸν φίλον ἰσὺς, qua
communicatio erit justitiae cum injustitia? qua tenebris cum
luce? procul dubio, qua conjunctio Christi cum Belial? 2. Cor.
6. v. 15. h. e. nulla. Nulla ergo & hic amicitia. Quia

6. 4. Quia negatur de malis vera & seria erga bonos benevolentia, quæ in amicis mutua requiritur, quamq; Philosophus appellat ἀεὶ καὶ τῆς Φιλίας 9. Eth. c. 2. Quomodo enim mali illis bene cupient, qui ipsorum malefacta improbant & perpetuo odio detestantur? Negato igitur iterum essentiali proprio (benevolentia) negatur ipsa res & rei essentia, amicitia. Et hæc etiam ad secundam questionem sufficient.

7. Pergo ad tertiam, ad quam respondeo distinguendo, inter videlicet res fidei & Philosophiæ: Comprehendo autem hoc loco nomine Philosophiæ quodcumq; studium profanum. De rebus igitur Philosophicis, seu profanis cum questio est & dissensio inter duos, si simplex & privata illa fuerit, nec accedat pertinax ejus & publica defensio cum acerbioribus differijs, amicitiam inter illos constare posse statuo, juxta Poëtæ illud:

*Diversum sentire duos de rebus iisdem
Incolumi licuit semper amicitia.*

8. Cæterum in rebus fidei Christianam religionem concernentibus cum gravior sit dissensio & questio intricatior, an etiam amicitia inter Orthodoxos & heterodoxos constare possit? decisionem, quam prolixam adornavit Dn. Meisn. æstimandam hac vice ex parte ejus I. Phil: Sobr: relinquimus, & ad questionem progredimur quintam.

QUÆSTIO V. & Ultima.

An ludi Scenici, quales sunt actiones Comædiarum & Tragædiarum in bene constituta Republica ferendi?

1. R. Quidam religiosuli & severi Catones simpliciter negant, & actiones ejusmodi theatrales contra omnem honestatem & civilitatem imo pietatem esse clamitant, adeoq; prorsus damnant, & in Republica Christiana ut minime ferendas prohibent.

Argu-

Argumenta illorum precipua haec sunt 1. quia ab Eth- 2.
nicis originem traxerunt & gentilismum sapiunt, 2. quia mu-
tatio vestium, qua fit in ejusmodi ludis, ut scilicet vir exuat ha-
bitum virilem & proprium, & induat foemineum & peregri-
num, lege Domini interdicitur & abominatio coram Domino
appellatur Deu. 22. v. 5. 3. quia juvenus inde ad multa ad-
suescit vitia & flagitia, ut discat mentiri, stulta & spurca lo-
qui, superbire, intemperanter vivere & similia, qua omnia fre-
quenter in talibus actionibus comicis representantur. Unde 4.
Patres priscæ ætatis in Ecclesia primitiva contra Comedias a-
cerbius disputarunt, definientes nihil aliud esse, quam à men-
sis surgere ad ludos, id quod pessimè cessit Israëlitis, Et quon-
dam ex Italia leguntur histriones pulsè (Tacit 4. annal.) &
à Lacone damnati (Plut. in Lacone) Et si ob quæstum in
Scenam descendant, infames declarati. l. quod ait S ait præ-
tor 5. ff. de his qui not. inf.

Verum non movemur horum jejunis ratiunculis & judi- 3.
cio, pol! indiscreto. Quis enim non animadvertit de actionibus
comicis in abusu positæ hac saltem accipienda? Quare nos ut
discretius agamus, distinctionis adhibetæ temperie, quosdam
ludos Scenicos licitos, quosdam illicitos pronunciamus.

Licitos dicimus illos, qui 1. liberale & utile tractant the- 4.
ma. 2. qui justo exhibentur tempore. 3. qui ad bonum & lau-
dabilem diriguntur finem. 4. quibus τὸ πρῶτον cujusq; personæ
observatur salvâ pietate & honestate. Illicitos contra, ut qui
1. de rebus agunt & obscanis & futilibus, 2. qui fiunt in tempo-
re alijs laboribus & potissimum sacris destinato. 3. qui vel gratiâ
sôlius lucri aucupandi, vel petulantia exercendæ causa institu-
untur. 4. quibus tum Dei gloria leditur, tum proximo scanda-
lum præbetur.

Prioris generis Comedias & Tragadias non solum tole- 5.
randas, sed & sapiuscule (habita accuratâ ratione statuti
tem-

C

temporis, loci, personarum) urgendas esse his probatum-
damustrationibus.

I. desumpta est à licita personæ alterius repræsentatione:
Argumentum est tale: Si repræsentatio personæ aliena, vel si-
mulatio ejusdem, certo respectu & sine (bono scilicet) licita nec
improbata, sequitur etiam ludos Scenicos esse licitos, nec sim-
pliciter improbandos aut rejiciendos, in quibus ejusmodi simu-
lationes bono sine frequentes. Verum prius. E. & posterius.

6. Assumptio constat exemplo I. Jacobi personam Esavi simu-
lantis, Gen. 27, ut benedictionis paternæ particeps fieret. 2. Jo-
sephi alienam personam quasi dicitur ^{per} ^u ⁿ ^o ^s simulantis, Gen. 42
seq, ut gloriam Dei amplificaret, & fratres ad majorem pœ-
nitentiam perduceret Aug. q. 141. in Gen. 3. Davidis, coram
Achi Rege Palæstinorum se furiosum simulantis, ut presentissi-
mo vita periculo elaberetur I. Sam. 21. Deniq, 4. ipsius Chri-
sti personam peregrinam repræsentantis post resurrectionem ad
explorandum, corrigendum, & informandum eò melius erran-
tes discipulos. Luc. 24. v. 13. Marc. 16. v. 12.

Cum igitur etiam in actionibus Comicis item Tragicis perso-
næ certa repræsententur & simulentur, non nisi sine bono, ut sci-
licet juvenes & imperitum vulgus erudiat, informetur, quis
sanus eas purè rejecerit.

7. II. Desumpta est à jucunditate. Quod maximam parit ju-
cunditatem, recreat hominem fessum, animum defatigatum,
& quidem honesto atq, legitimo modo, id in sese laudabile sit
& susceptibile oportet. At ludi ejusmodi Scenici maximam
pariunt jucunditatem, honesto modo recreant hominem fessum
& animum defatigatum. E.

Major patet, quia quod caret alterna requie durabile nō
est. Et tã animo quã corpori sua debetur refectio & refocillatio.

8. Minorem probo: quia totus homo & totum hominis mirã
recreatione ludis istis afficitur & reficitur. Ecce enim splendi-
dum

dum & rarissimum vestitum, quibus agentes induti, perelegantes & varias picturas, quæ exhibentur, auro argenteoque intexta vela, quibus Scena exornatur, theatrum convestitur, & habent oculi quo recreentur. Attende dein dulcissimos concentus musicos, mirabiles quæ narrantur & tractantur, historias, & habent aures atque animi quo quasi vivificentur maximeque reficiantur. Denique observa decentes, quos in agendo Comici adhibent affectus & gestus, & mira existet exinde voluntati & appetitui voluptas. Quoniam itaque tanta animi humani delectatio perpetuus est Comadiarum effectus, utique prohiberi non debent & tolli, nisi quis eadem operam omnem à vitâ jucunditatem, omnem honestam recreationem, omnem homini delectationem tollere & auferre velit.

III. Ab utilitate. Quodcumque exercitium, præter jucunditatem, insignem etiam adfert utilitatem tum agentibus, tum spectantibus & auditoribus, illud non negligendum sed potius frequentandum & urgendum. Ejusmodi sunt exercitia Comica, de quibus dicimus. E.

Minorem probo, quia 1. quod attinet personas agentes ex actionibus Comicis Tragicisve secundum precipuas animi facultates multiplicem expectare possunt fructum. Juvatur n. 1. ipsorum intellectus cognitione multarum memorabilium rerum & historiarum. 2. voluntas, in quâ appetitus ad virtutem, odium erga vitium excitatur: illius enim honestas, hujus deformitas representatur. 3. memoria quæ ediscendo excollitur & cum alias sit fragilis, dum aliud inquirat, questum jam amittens, hisce actionibus quasi solidatur, externis his spectaculis in diutius retinendo confirmatur. 4. lingua & vox, quæ in loquendo expedita & clara redditur, & quoad hesitantiam & exilitatem corrigitur. 5. mores, qui ante minus compti emendantur & melius informantur, dum pudor subrusticus & inanis metus, qui multis adheret à natura, in solentioribus istis actibus tollitur, præcipua colloquendi intrepide cum magnis viris gignitur, & ornati gestus docentur. Per-

11. *Personae Spectantes similes fere utilitates inde haurire possunt* 1. enim imperiti & ignari hac ratione in multarum antiquarum rerum & historiarum notitiam pervenire possunt; quarum etiam, recordatione externorum spectaculorum, facilius reminiscuntur. 2. Citius & via expeditore sic deducuntur à vitijs ad studium virtutis. Etiam si enim virtutis pulchritudo & vitiorum turpitudine multis atq; copiosis verbis proponatur, non nimen ad virtutem sectandam, ad vitium fugiendum ita movetur animus, quam si coram oculis aspiciatur virtutis decor & vitij fœtor. Hinc Horatius. *Segnius irritant animos demissa per aures*
Quam quæ sunt oculis commissa fidelibus & Seneca: *Homines plus oculisquam auribus credunt &c.*
12. *Ex quibus omnibus jam abunde patet, non dari actionibus Comiciæ exercitium pro informanda juventute, & erudiendâ imperitiâ plebe aptius, adeoq; in dictis terminis legitimis non esse illas detestabiles sed laudabiles, nō damnandas sed cōmendandas. Sed quid ad adversariorum supra notatas obiectiunculas? Respondere in genere possem, cōmitti fallaciâ finis & accidentis. Malo tamē ad singulas distinctius & seorsim.*
13. *Ad 1. si, quicquid ab ethnicis profectum simpliciter repudiandum, removenda etiam è scholis omnia Ethnicorum & Philosophorum gentium scripta, è foro omnes Romanorum leges nam & illa ab ethnicis. Sed absurdum hoc. E. & illud. Quare distinctio hic adhibenda, Instituerunt & reliquerunt Ethnici quædam, quatenus ethnici oberrantes in tenebris, & in sensum reprobum dati, quæ fugienda, quædam vero quatenus lumine naturæ ducti & dictamen rectæ rationis secuti, quæ approbanda. Atq; huc referende actiones Comediarum & Tragediarum doctrina & liberalis exercitij gratiâ instituta.*
- Ad 2. Lex Domini recte intelligenda. Loquitur vel 1. de mutatione vestij ignaro proximo & causâ decipiendi facta, quatenus quis sub vestitu adulterino malum cogitat & molitur, vel 2. de conversatione Politica, in quâ ordinariè sexuum esse debet distinctio, etiam externa, quæ fit per vestimenta. Male igitur extenditur ad ludos animi causâ, & informandi non vero fallendi proximum, aut confundendi sexus ergo susceptos.*
- Ad 3. error est accidentis: Actiones enim ille theatrales per se ad mendacia superbiam & intemperantiam & similia vitia addiscenda non exhibentur, sed ut cognita sic eorum turpitudine, quam publico spectaculo representant personæ agentes tanto vehementius vitentur, & contra virtutes eis opposita attrahantur. Hinc enim & Romani filios suos ad vitia v. g. temulentiam, proclives non nudis verbis & dictis correxerunt, sed vitia ipsa spectacula objecerunt, servos nempe ebrios, ut videntes summam istorum mancipiorum turpitudinem ab hujusmodi vitijs abhorrerent. De morionum levitibus vel aliarum personarum excessibus, qui interdum occurrunt, si objicias, à te & teq; sunt & mera inordinationes, quas & ipsi serio improbamus & detestamur. Cum verò solum sint accidentales, ad essentiam ludorum Scenicorum minime pertinentes, separandas illas, non verò propterea Comedias Tragediasve omnino solendas arguimus.*
- Ad 4. Sancti Patres tantum inordinationes ludorum Scenicorum perstrinxerunt, de quibus quid sentiamus jam diximus. Tum non nisi histriones, impudicos & levibus actionibus dediti, causâ solius lucri seu questus è Republ. quondam relegati, Quorsum etiâ pertinere videtur lex citata ex Digestis. Quid verò ista ad hodiernam & in Academijs s. scholis institui solita exercitia liberalia?*



QUÆSTIO IV.

An amicitia esse possit inter malos, nec non inter bonos & malos, nec non inter opinionis asseclas?


Mentione mali supra injecta devolutionem problematis presentis, in quo conjunguntur tres: Prima an amicitia esse possit inter malos & malos, 3. an inter diversarum opinionum asseclas. De singulis ordine & breviter.

Quod ad primam, nego, quia deficit in amicitia fundamentum & primum requisitum ut Plutarchus l. de malis appellat, h. e. virtutem. Mali igitur cum vitiosi sint, & quia nisi inhonesta tractent, quomodo inter se amicitiam colent, quae in virtute & probitate fundatur.

Conspiratio quidem datur inter malos, conjuratio igitur seditiosa & conjuratio ab amicitia vera probe est discernenda.

Ad secundam similiter respondeo negationem jam notatam. 2. ideo, quia inter malos & malos Arist. l. 9. Eth. c. 6. h. e. me causans amicitiam, quod manifestum. Malivolunt & malis actionibus student; Boni volunt, & bonis actionibus operam navant. Practicus inter illos haecenus nullus. E. nec illo dependet. Nam idem velle & idem nolle & vera est amicitia, Terent.

3. Cumq; inter veros amicos communicatio est consiliorum, actuum, juxta illud: παντα ταυτα communicatio erit justitia cum injustitia? luce? procul dubio, quae conjunctio Christi c. 6. v. 15. h. e. nulla. Nulla ergo & hic amicitia.



1. lera-
ones
nter
Sta-
ami- 2.
λδν,
n ho-
non
ie di-
ami- 3.
tiosa
adem 4.
latur
maxi-
lum
nten-
gitur
e ex
rma-
veru, 5.
qua
cum
Cor.
Quia